



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

De Matrimonijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

quo beneficio ordinavit Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. de ref. quod tamen Iudicibus ex reliquis modis fortiendæ iurisdictionis non est concessum. *Abb. in cit. cap. fin. num. 38. de fo. comp. & inc. meminimus. appell. Felin. lo. sup. tit. n. 11. 23. & 24. Rot. decis. 464. in no.*

21. Teneretur tamen Iudex Domicilij delinquentem, si ipsum nondum castigauerit, præmissa summaria cognitione super veritate inculpati delicti, requisitus remittere ad Iudicem loci delicti in criminibus grauioribus. *gl. in Clem. pastoralis. v. de more. de senten. & re. iud. Card. ib. Abb. ib. num. 12. quinimò etiam non expectata requisitione ex vrbanitate remittere solent plerique. vt Couar. lo. sup. cit. cap. 2. à num. 4. Similiter & in casu, quo quis iuramento firmauerit, se certo loco soluturum, eodem remitti debet. id. Couar. eo. lo. c. 10.*

22. Laici etiam licet proprium habeant forum coram Iudice Laico. *cap. licet. c. ex tenore. de fo. comp. in certis tamen casibus, subiecti sunt iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, quos casus enumerat. gl. in cap. cum sit generale. v. malefactores. & alia gl. in cap. licet. v. vacante. & item alia. in cap. ex tenore. v. in iustitia. lo. cit. de fo. comp. qui casus comprehenduntur his versibus:*

Hereticus, Simon, Scelus, periurus, adulter,

Pax, priuilegium, violentus, sacrilegus,

Si vacat imperium, si negligit, ambigit, an sit,

Suspectus Iudex, si subdit a terra, vel vsus,

Rusticus, & seruus peregrinus, feuda, viator,

Si quis poeniteat, miser aut sit, causaq, mixta,

Si denunciatur Ecclesia, quis iudicat? ipsa.

Mixti autem fori sunt vsura, concubitus, adulteriũ, Sodomia. *Clar. in pract. crim. q. 37. Aufreer. utem in suo tractatu de iurisdictione Ecclesiastica in saculares, colligit 149. casus, in quibus Laici corrigi possant per Iudicem Ecclesiasticum, quem consule: nobis sufficiat meminisse illius regulæ generalis, quod videlicet in omni delicto iure Pontificio inducto extendatur iurisdictione Ecclesiastica in Laicos. c. 1. de off. ord. num. gl. v. secundũ. & testatur Aufreer. lo. cit. num. 1. in princ. Similiter & in omni casu nutritiuo peccati, vel saltem quoad salutarem poenitentiam iniungendam. c. nouit. de iudic. Abb. ib. num. 1. Aliquæ etiam causæ Ecclesiasticæ in specie, quæ magis praxi quotidiana teruntur, necessario nobis sunt examinandæ. Vnde primo Matrimoniales videamus.*

ARTICVLVS IV.

De Matrimonij.

- 1 *Matrimoniales causas solus iudicat Episcopus.*
- 2 *Vicarius Episcopi ad Matrimoniales causas debet habere mandatum expressum.*
- 3 *Matrimonij impedimenta qua sint.*

Mm

4 Ban

- 4 Bannorum omisio non facit Matrimonium nullum, sed clandestinum.
- 5 Episcopus potest remittere denunciations, & ex quibus causis.
- 6 Diocesani appellatione, an quilibet Ordinarius veniat.
- 7 Matrimonium sine presentia Parochi contractum est nullum.
- 8 Matrimonium nullum non conuolidatur subsequenti carnali copula.
- 9 Matrimonium nullum inter impuberes refoiuitur in sponsalia de futuro.
- 10 Contrahentes nulliter, quid facere debeant.
- 11 Impedimentum superueniens post contractum Matrimonium quid operetur.
- 12 Parochus quis dicatur proprius.
- 13 Sacerdos substitutus in genere ad administrationem Sacram. potest interesse Matrimonio.
- 14 Episcopus dare potest licentiam Sacerdoti ad interessendum Matrimonio contra- hendo loco Parochi.
- 15 Parochus nondum. Sacerdos an possit interesse Matrimonio.
- 16 Episcopus non potest committere non Sacerdoti vt interfit Matrimonio loco Pa- rochi.
- 17 Parochus circa Matrimonium adhibetur loco testis magna auctoritatis.
- 18 Sponsalia de futuro non indigent presentia Parochi.
- 19 Sponsalia de futuro quando inducant publicam honestatem.
- 20 Affinitas ex sponsalibus de futuro ad quem gradum duret.
- 21 Sponsalia de presenti equaliter censentur cum Matrimonio non consumato.
- 22 Sponsalia de presenti si fuerint nulla an inducant impedimentum.
- 23 Gradus consanguinitatis, quomodo computandi.
- 24 Contrahentes in gradibus prohibitis quas pœnas incurrant.
- 25 Matrimony impedimenta quomodo probentur.
- 26 Sponsalia de futuro consensu contrahentium dissolui possunt.
- 27 Coniugis absentis mors quomodo probetur.
- 28 Metus iustus quis dicatur.
- 29 Iuramentum suppletorium an sit deferendum in Matrimonialibus.
- 30 Dotis actio potest intentari coram Iudice Ecclesiastico.
- 31 Dos quando amittatur.
- 32 Dotis actio maxime priuilegiata.
- 33 Dos que dicatur sufficiens.
- 34 Dos debetur, licet filia nubat contra voluntatem Patris.
- 35 Raptor tenetur dotare raptam.
- 36 Raptor quas pœnas incurrat.
- 37 Rapta qua proprie dicatur.

Matrimoniales itaq; causæ sunt fori spiritualis. cap. tuam. de ord. cogn. cap. causam. qui fil. sint legit. quinimò nemo alius præter Episcopum causas Matrimoniales iudicare potest. c. accedentibus. de excess. Pral. Abb. ib. num. 1. & in cap. ex literis. num. 4. de cog. spec. & in cap. 1. nu. 11. de consang. & affi. & easdem causas à iurisdictione Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum iudicum reuocat Conc. Trident. sess. 3. cap. 20. de ref. ad hoc Nau. cons. 2. de for. comp. in antiq. Imò ne Vicarius quidem Episcopi, nisi habeat ad hoc speciale mandatum.

datum, causas Matrimoniales cognoscere potest. *Bertach. in tract. de Epis. lib. 4. p. 6. q. 20. Rebuffi. de fo. Vic. Archiep. n. 155. in prax.*

Et de his diuersis occasionibus aliqua supra retulimus, nunc videndū esset de impedimentis matrimonij, quæ duodecim impediencia contrahendum, & dirimentia contractum numerantur istis versibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,

Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Si sis affinis, si forte coire nequibis.

Quæ quia à Summistis sacis superque examinata reperiuntur, vt à *Syl. Ang. Armil. v. Matrimonium. Host. in sum. de spons. & Matr. Nau. in Man. c. 22. à nu. 30. Henrig. de matrim. lectore ad eisdē remisso, circa ea solum quæ per Conc. Trid. sess. 24. de ref. Matr. circa Matrimonia contrahenda innouata sunt, aliqua referemus.*

Et primo circa prohibitionem omisionis bannorum aduertendum est, quod illorum omisio non reddit Matrimonium nullum, sed clandestinum tantum, ita quod validum sit Matrimonium illis omisissis, alijs tamen requisitis seruatis contractum, licet puniri possint sic contrahentes. *Rot. decis. 429. p. 1. diuers. Nau. lo. cit. in man.* Quinimò remitti possunt banna per Episcopum, nō solum ex causa cum Matrimonium malitiosè impediri posset, in Conc. cit. *lo. cit. cap. 1. expressa, sed etiam ex alijs iustis causis arbitrio ipsius Episcopi ponderandis, vt si adsit vicinitas temporis, quo nuptiæ prohibentur: si cōtrahendū sit cum persona quæ habet Parentes vel Tutores iniquos, de quibus verisimili-*

ter dubitaretur, ne eam tradant ignobilē vel simili, vel si constitutus in mortis articulo, vel contrahere cum concubina, vt legitimetur proles iam ante ex eo suscepta, vel si adsit inæqualitas inter contrahentes, vt quod diues ducat pauperē, nobilis ignobilem, senex iuuenem *Nau. lo. cit. Henrig. de matrim. cap. 5.* istis tamen casibus & similibus, quibus concedenda videretur denunciationum omisio, securius esset prius examinare testes ad minus duos, qui deponant se scire inter contrahentes, nullum adesse impedimentum Matrimonij, vt notat *Genuen. in prax. cap. 26. num. 4.* Tanto magis examen tertium fide dignorum præmittendum est, si exteri constituto domicilio velint contrahere; & examinandum, an inter eos non adsit impedimentum: & tutius esset si in eorum patria curaretur proponi denunciations, vt in Curia Neap. seruari testatur *Genuer. lo. cit. n. 9.* Parochi autem talium Matrimonio interesse omnino non debent, nisi inquisitione præmissa, re ad Ordinarium delata, & ab eodem licentia obtenta. *Conc. lo. cit. cap. 7.*

Potest autem remittere hæc banna siue denunciations, non solum Episcopus, sed & alius quilibet habens iurisdictionem Ordinariam, cum Conc. vtatur verbo Ordinarij: quo nōmine comprehenduntur non solum Episcopi, sed & alij omnes iurisdictionē Ordinariam habentes. *gl. princ. in cap. Ordinarij. de offi. ord. in 6. Abb. in cap. post cessionem. num. 1. de probat. Dec. ib. num. 1. & conf. 121. Gem. in cap. 2. de constit. in 6. Bero. conf. 24. lib. 1. vnde & Vicarium Episcopi comprehendendi in Conc. cit. vbi vtitur verbo Ordinarij, docet *Parif. de resig. lib. 3. q. 11. num. 22. Sbroz. de Vic. Epif. q. 202. lib. 2.**

Dioecelani autem nomine an veniat quilibet Ordinarius, an verò solus Episcopus, videri potest. *gl. sing. in Clem. 1. v. Dioecelanus de iurep. Abb. ib. alias vide eundem. in Cle. vn. de fo. comp. & in Clem. 1. de vit. & hon. Cler. num. 15.*

Non reddit item Matrimonium per se nullum clandestinitas orta ex eo quod stante inhibitione superioris de non contrahendo fuerit contractus, nisi ali- quod aliud impedimentum grauius interuenerit, sed possunt puniri poena arbitraria sic contrahentes. *cap. ex litteris. de matr. contr. interdicti.*

7. Alia autem requisita circa matrimo- nium contrahendum ab eodem Concil. loc. cit. praescripta, nempe vt Matrimo- nium non nisi coram proprio contra- hentium Parocho, & trium seu ad mi- nus duorum testium praesentia contra- hatur, si omittantur reddant Matrimo- nium non solum clandestinum sed etiam nullum, vt est clarus textus Conc. cit. dummodo in loco contrahendi Ma- trimonij fuerit publicatum Conc. alio- quin non afficeret personas eius loci in quo non esset publicatum. *vt aduertit Rot. in vna. Calagurit. Matrimony coram Seraphino. 26. Ianua. 1523. posita. decis. 429. sup. cit. par. 1. diuersi. vbi testatur eandem esse obseruationem in sa- cra poenitentiarum.*

Matrimonium itaque contractum omisis requisitis praedictis praesentia Parochi & testium, erit adeo nullum, quod non debeat amplius per Episco- pum annullari, cum iam ipso iure sit nullum, sed tantum possit declarari esse nullum, prout vidi rescripsisse S. Congregationem interpretum Concil. *in haec verba.*

An contractum sit Matrimonium praesente Sacerdote alieno, absque Pa-

rochi vel Ordinarij licentia debeat Or- dinarius illud irritare, vel irritum de- clarare.

Congregatio censuit irritum declara- re non irritare, quia cum Conciliū irri- tum fecerit, non est ulterius irritandum, sed opus esse sola declaratione quod irri- tum sit.

Sic etiam contrahentes adeo nulliter contrahunt, vt possint si velint ab inui- cem separari, etiã non expectata Iudicis autoritate *Nau. de cland. despons. conf. 5. & conf. 1. despons. in no.*

8. Nec ratificatur sic nulliter contractū Matrimonium sequenti carnali copula: subsequens enim copula quoad sanan- dos defectus praesentia Parochi & testi- um, nihil operatur post Conc. Trid. vt *notat Nau. cit. conf. 18. nu. 3. despons. in no. licet quoad alios effectus remaneat in terminis iuris communis, vt quoad impediendam libertatem ingressus reli- gionis, quae ante copulam sequutam est libera. cap. verum. cap. ex parte. cap. ac- cedens. de conuers. coniug.*

9. Et in tantum quidem est nullum Ma- trimonium contra praedictam Concil. dispositionem contractum, vt ne qui- dem in sponsalia de futuro dissoluatur. *cit. Nau. conf. 3. n. 3. de cland. despons. Si tamen contrahatur inter impuberes, seu vnum puberem & alium impuberem; resolveretur in sponsalia de futuro iuxta *tex. cap. 1. de despons. impub. in 6. Co- uar. desponsal. p. 1. cap. 3.**

10. Sic itaque nulliter contrahentes si ve- lint roborare contractum Matrimoni- um, debent contrahere de nouo seruatis praedictis requisitis, & hoc seruandum in alijs quoque defectibus, propter quos Matrimonium à principio fuit nullum, ita quod sublato defectu seu impedi- mento, debeat Matrimonium contrahi de po-

de nouo præstito consensu, vt tradunt *Summistæ sup. cit. de impedimento erroris, violentiæ, & docet Nauar. loc. cit. de sponsal. cons. 6. nu. 4. & cons. 12. num. 3.*

Vnde & Stylus Curiz seruat vt in concedendis dispensationibus super Matrimonio stante impedimēto impediēte, & contractū dirimente factō, addatur semper in literis clausula (de nouo præstito consensu) vt testatur *Nauar. cons. 6. cit. & Genuen. in prax. c. 25. nu. 9.* Vbi tamen impedimentum esset occultum, dummodo Matrimonium à principio fuerit in facie Ecclesiæ contractum, possent Sponsi priuatim tantum sibi mutuo præstare consensum absque Parochi & testium præsentia, quod sufficere declarauit. Pius V. referente *Nauar. cit. in man. cap. 22. num. 70.* & si fuerit sine Parocho & testibus contractum, possent secreto adhiberi Parochus & testes, & ita contrahi. *id. Nauar. cons. 6. cit. de spons. in antiq.*

11. Impedimentum autem superueniens post contractum Matrimonium hic non intrat, cum illud nihil obesse possit iam iam contracto Matrimonio. *cap. discretionem. de eo qui cog. consang. vx. & c. vn. de spons. in 5.* nisi fuerint sponsalia de futuro, hæc enim soluentur perueniente impedimento. *cap. sup. eod. de consang. & affin. vel nisi agatur de exigendo debito, hoc enim impeditur subsequenti impedimento, saltem quoad eum qui daret causam impedimenti c. transmissæ. cap. tuæ. de eo. qui cog. consang. vx. Abb. in cap. 1. eod. tit.*

12. Proprius autem Parochus quem Concilium requirit, est Parochus seu Sacerdos cui principaliter incumbit cura animarum loci, domicilij seu viri, si in Parochia viri contrahatur Matrimonium, siue mulieris, si in ipsius Parochia con-

trahatur. *Nau. cons. 4. de cland. despons. vbi testatur hoc idem declaratum fuisse à S. Congreg. Conc.*

Locus autem domicilij intelligendus de domicilio quod sit fixum, vnde habens domicilium apertum in Ciuitate, si commoretur aliquando ruri in sua possessione recreationis causa, non poterit propterea dici illius proprius Parochus ruralis ad effectum contrahendi ritè Matrimonij, iuxta præscriptum *Conc. arg. tex. cap. is qui de Sepult. in 6. & in specie tenuit Rot. in vna Florent. Matrim. 26. Jun. 1579. Coram vice composita decis. 643. par. 1. diuers. idem docet Nau. cons. 2. nu. 1. de cland. despons. in antiq. nil tamen obstat quominus aliquis dici possit habere plura domicilia, si utrobique æqualiter commoretur. cap. ex parte. de so. comp. iun. gl. v. andegauen. & alia gl. in cap. cum nullus. v. domicilium. de temp. ord. in 6. ad quod facit l. labeo. l. assumptio. ff. ad municip. Nau. cons. 2. de cland. despons. in antiq.*

13. Proprij item Parochi nomine venit quilibet Sacerdos deputatus ab ipso Parocho. *gl. in Clem. 1. v. presbyteri. de priuileg. vel etiam ab Episcopo seu quolibet Ordinario aut eorum Vicario, isti enim dare possunt licentiam cuiusq; Sacerdoti ad interstendum Matrimonio in qualibet Parochia propria Diocesis seu territorij, vt ipsemet Parochus, & quidem à fortiori quia isti sunt Superiores Parochi, & ipsis incumbit principaliter cura animarum Diocesis vel territorij. cap. quocunque. loc. q. 1. cap. præcipimus. 12. quest. 1. Nauar. cons. 47. num. 1. de spons. in antiq. Et satisfit concilio si contrahatur Matrimonium coram tali substituto, etiam si generaliter tantum committeretur ipsi administratio Sacramentorum. *Nauar. loc. citat. cons. 11. in no. & etiam si verbaliter tantum ipsi de-**

Mm 3 man-

mandaretur. *id. Nau. conf. 27. de spons. & hæc concessio posset probari per testes. id. Nau. conf. 41. de spons. in antiq. Rot. decis. 750. num. 2. par. 1. diuers. vbi testatur idem fuisse responsum à S. Congr. Conc. vel posset probari assertionem ipsiusmet Parochi; creditur enim assertioni Parochi, in illis quæ spectant ad eius officium. *Aym. de antiq. temp. p. 1. §. quarto limitatur. num. 72. Rot. decis. cit.**

Si autem Parochus non fuerit actu Presbyter, licet de iure subsistere posset Matrimonium ipso præsentem contractum, cum Parochus etiam si nondum sit Sacerdos omnes functiones Parochi exercere possit, præter eas quæ sunt Ordinis. *arg. tex. cap. suffraganeis. c. transmissam. de elect. conuenientius tamen est vt deleget alicui Presbytero qui loco ipsius interfuit Matrimonio contrahendo. vt consuluit Nau. conf. 1. de off. ord. in antiq. vbi hoc idem respondisse Sac. Congreg. Conc. testatur, & dato quod ipsemet Parochus posset interesse Matrimonio licet non fuerit Sacerdos, committere tamè non posset vices suas ad hoc alteri non Sacerdoti, vt deducit *id. Nau. conf. 30. num. 5. in fin. de spons. in antiq. imò neque Episcopus posset committere tales vices alteri quam Sacerdoti, deducit *id. Nau. conf. 44. ib.***

Sufficit autem si Parochus adsit contractui siue inuitatus, siue casu, vt si forte adesset conuiuij aut confabulationis causa, dummodo ad ipsum actum contrahendi Matrimonij verè & formaliter adhibeatur. *Nau. conf. 20. num. 1. de cland. de spons. in antiq. quod etiam declarasse S. Congreg. Concil. refert Gonz. super 8. Reg. Canc. glos. 48. num. 35.*

Similiter validum erit Matrimonium præsentem Parocho contractum, li-

cet ipse Parochus præsentem non det benedictionem contrahentibus: benedictio enim nec auget nec minuit validitatem contractus Matrimonij. *cit. Nau. conf. 15. num. 2. de spons. in no. & conf. 2. num. 4. de clandest. de spons. in antiq. quia nimirum Parochus circa contractum Matrimonij adhibetur tantum pro teste magnæ autoritatis, neque ipsius voluntas aut consensus in illo requiritur sicuti neque aliorum testium. *Ledesma. de Matrim. quest. 43. artic. 5. Genuen. loc. sup. cit. cap. 61. num. 5.**

Aduertendum præterea quod prædictæ solemnitates. *Conc. cap. 1. sess. 24. de ref. Matrim. non requiruntur in sponsalibus de futuro, & valent sponsalia de futuro illis non seruatis celebrata. Nau. conf. 3. de spons. in no. nihil enim innouauit Concil. Trid. de istis sponsalibus. vt notat *id. Nauar. ib. conf. 18. num. 1.**

De eisdem sponsalibus de futuro aduertendum est præterea, quod per illa inducitur publicæ honestatis impedimentum, licet fuerint postmodum dissoluta ob superueniens aliquod impedimentum; dummodo tamen non adfuerit à principio defectus consensus, quia tum nullum impedimentum causarent. *cap. ad audientiam. de spons. & cap. vn. eod. tit. in 6.*

Et dummodo non fuerint à principio inualida ex aliqua causa, nam tum nullum inducerent impedimentum publicæ honestatis. *Conc. cap. 3. cit. vnde & illa quæ sub conditione contrahuntur, non causabunt hoc impedimentum nisi purificata conditione. Nauar. conf. 1. n. 4. de cond. appof. in antiq.*

Vltèrius aduertendum quod impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus de futuro, cum antea afficeret

ceret vsque ad quartum gradum de iure antiquo. *cap. sponsam. de sponsal.* nunc non afficit ultra primum gradum post Concil. Trid. *loc. cit. cap. 3.* quod correxit quoad hoc ius antiquum. Impedimentum autem publicæ honestatis ortum ex sponsalibus de præfenti afficit vsque ad quartum gradum etiam nunc post Concil. Trid. nec continetur reductione eiusdem Concil. *cit. cap. 3.* sed remanet in terminis iuris antiqui, secundum quod causantur sponsalia de præfenti in omnibus æqualiter cum Matrimonio vero nondum carnali copula consumato. *vt Abb. in Rub. de spons. Felin. ib.* Quod autem non contineantur hæc sponsalia reductione Conc. *cit. cap. 3.* declarauit Pius V. Constitutione sua *qua sequitur.*

Pius Episcopus.

AD Romanum spectat Pontificem sua sollicitudine diligenter prouidere, vt Sacrorum Conciliorum decreta ita sua declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur. Sane ad aures nostras peruenit multos esse qui dubitant, an decretum Oecumenici Concilij Trident. *sess. 24. de reformatione Matrimonij Capitulo tertio,* quo cauetur impedimentum publicæ honestatis vbi sponsalia valida non fuerint prorsus tolli, vbi verò valida fuerint non excedere primum gradum, cum in vltioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari, de sponsalibus per verba vt aiunt de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam Matrimonia per verba de præfenti contracta, non tamen consumata, qua interdum sponsalia appellantur comprehendant, ita vt etiam eo casu impedi-

mentum inde proueniens sublatum fuerit.

Nos itaque vt omnis facultas dubitationis tollatur, attendentes quod sponsaliorum appellatione qua dictum Concilium vtitur, non nisi improprie Matrimonium verbis de præfenti conceptis contractum continetur, quod agitur de correctione iuris veteris, quo casu secundum proprietatem verborum duntaxat procedendum est, præsertim cum longè maiorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præfenti contracto, quàm in sponsalibus de futuro vigore à nemine dubitetur. Idcirco motu proprio Authoritate Apostolica tenore præfenti declaramus & definimus, decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in Matrimonio sic vt præfertur contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Decretum Concilij introductum erat, & ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus. Non obstantibus, &c. Datum Roma, ann. Incarnat. 1568. Kal. Iul.

Vnde etiam hæc sponsalia de præfenti cum remaneant in terminis iuris antiqui, inducent impedimentum publicæ honestatis, licet fuerint nulla à principio ex aliqua causa; iure enim antiquo inducunt etiam hoc casu, vt patet ex *tex. c. vn. de spons. in 6.* Nisi fuerint nulla ex defectu consensus vel conditionis appositæ. *vt tex. cit. & Io. Andr. ib. Arm. v. Matrimonium. num. 46.* Affinitatem tamen non inducunt hæc sponsalia, cum affinitas non oriatur sine carnali copula. *Host. in sum. de affinit. num. 9. circa fin. Nauar. cons. 33. num. 1. in antiq.*

Vltcrius

23. Vterius aduertendum in computandis gradibus consanguinitatis ad Matrimonium contrahendum, non esse computandos ascendentes, vel descendentes quæ in istis non solum ad quartum gradum, sed in infinitum durat prohibitio de contrahendo, vt notat Abb. in c. non debet. num. 8. de consang. & affin. vnde gradus isti computandi erant inter collaterales, tantum vsque ad quartum gradum, & in illis computandis, remotior gradus attendendus, & ne aliquis contrahentium sit in primo gradu. cap. fin. de consang. & affi. & de huiusmodi computatione graduum. emanauit quoque Constitutio Pij V. public. Romæ. 20. Aug. 1566. tenoris sequentis.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. Pius Diuina prouidentia PP. V. attendens per quandam constitutionem dudum per sel. rec. Pium PP. IV. Sanctitatis sua Prædecessorem editam, qua cauetur, quod in dispensationibus Matrimonialibus pro diuersis consanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite proueniētibus gradibus coniunctis, non remotioris solum prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum, expressa mentio fieri debebat, alioquin dispensationes, ac desuper confecta litera nullius sint roboris vel momenti, prout in dicta Constitutione plenius continetur, à dispensatione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Rom. an. Cur. stylo nimium recedit, ac fauorem Matrimonij debitum restringi. Volēsque propterea iuri & stylo prædictis, nec non pie mem. Greg. X. & Clem. VI. Rom. Pont. etiam Sanctitatis sua Prædecessorum vestigiis inherendo, Sacramento & libertati Matrimonij, quantum cū Deo potest fauere, statuit & ordinauit,

quod de cetero in quibuscumque dispensationibus, quas pro Matrimonio contrahentibus, aut contrahendis, inter viros & mulieres inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis, ex communi seu ab eodem stipite surgentibus, quicumque illi sint, dummodo primum quomodo non attingant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat gradibus coniunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tempore existente Rom. Pont. aut Sede Apostol. impetrari, vel alias concedi contigerit, ac literis commissionibusque, desuper etiam locorum ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur, trahatque secum propinquiorem: ad ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiorem literis declaratoriis, iuxta Greg. & Clem. Prædecess. huiusmodi Constitutiones, quas quoad hoc innouauit, ac inuiolabiliter obseruari mandauit, dispensationesque, seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas literas & processus habitos per eosdem dispensatos, seu hos cum quibus dispensari mandatur, propterea proximioris gradus huiusmodi non expressionem de subreptionis, seu obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus & per omnia suffragari, perinde ac si in literis seu commissionibus huiusmodi de proximiori seu utroque gradu, specialis & expressa mentio facta fuisset, sicque per quoscumque iudices, &c.

24. Quas autem poenas incurrant, contrahentes in gradibus prohibitis, existentes in Sacris, non in Religione professa, consuli possunt Doctores in Clem. vii. de spons. quam Clem. innouauerat, postquam

postmodum Clem VII. Const. incip. quia plerumq. de ann. 1524. Kal. Sept. Pont. an. 1.

In probandis vero impedimentis qui testes requirantur, omisis diuersorum opinionibus controuerfis dicamus breuiter. Quod si agatur de dissoluedo Matrimonio iam contracto, requiruntur testes omni exceptione maiores. Abb. in cap. 1. de consang. & affi. Couar. in 4. decret. p. 2. cap. 8. quest. 12. num. 7. Et dicuntur testes omni exceptione maiores, quibus nihil obijci potest. gl. v. maiores. in cit. cap. 1. de consang. & affi. vel prout describuntur in cap. licet. 2. de testib. saltem quoad Matrimoniales causas, nimirum vt iurent, vt sciant enumerare gradus ab utroque latere, quod recognouerint ad minus vltimi gradus consanguineos, & a senioribus bonæ famæ audierint, sintque ipsimet viri graues, famæ bonæ, ib.

Et admittuntur etiam consanguinei, & pater, mater ad prohibendum testimonium hoc casu: imò & alij præferuntur, quia præsumuntur scire suam genealogiam, vt notant communiter DD. in cap. super eo. 2. de testib. ibiq. host. in sum. num. 3.

Confessio autem vtriusque coniugū de impedimento, non sufficit ad dirimendum Matrimonium. cap. super eo. de eod. qui cog. consang. vx. nisi cōcurrat fama. vt probat Abb. in eod. c. super eo.

Vltra si sit probandum pro validitate Matrimonij suffiunt testes Ordinarij. Abb. lo. cit. Felin. in ca. licet causam. num. 18. de probat. & tenuisse Rotam. in vna Tullen. Matrimonijs. 14. Ian. 1568. coram Oradino, refert Genuen. lo. sup. cit. c. 22. num. 24. vbi multos ad hoc allegat aucthores. Vnde etiam, si quaeritur an legitime fuerit contractum Matrimonium, liber Parochi in quo annotantur nomi-

na contrahentium, facit magnam probationē, vt tenuit Rot. in vna Colomen. 20. Feb. 1581. coram Robulterio relata. decis. 340. p. 1. diuers. creditur enim dicto seu scripturæ Parochi in illis que spectant ad ipsius officium, vt alias diximus, & facit ad hoc c. ad audientiam. de prescript. Felin. ib. 1. as. in repet. admonendi. num. 132. ff. de iure iur. an. maxime si adsint adminicula antiquitatis scripturæ, vel consuetudinis loci, quoad tali scripturæ seu libro credatur. cap. cum dilectus. de fid. instrum. Abb. ib. nu. 5. Dec. in cap. 1. num. 6. eo. tit. consuetudo enim potest dare fidem scripturæ, alias non authenticæ. Rot. decis. 787. p. 1. diuers.

Item si agatur ad impediendum Matrimonium contrahendum, sufficit vnus testis qui deponat iuxta normam cap. licet. cit. tunc enim minores probationes requiruntur. Abb. in cap. super eo. cit. nu. 5. vel saltem ad effectum suspendendi cōtrahendum Matrimonium, donec veritas indagetur. arg. tex. cit. cum inibitio. de clandest. despons. vel ad effectū obtinendæ dispensationis, si in contrariū non probaretur. c. super eo. de testib. & c. praterea. de despons.

Demum si agatur de solutione sponsaliorum de futuro, sufficeret fama super impedimento. cap. super eo. de consang. & affi. vel sufficeret sponsoꝝ confessio, cum & mutuo illorum consensu sponsalia de futuro etiam iurata dissolui possint. cap. 2. de sponsal. Abb. in cap. sup. cit. super eo. de eo. qui cog. cōs. ing. vx. num. 5. Nau. cons. 3. de despons. impub. in antiq.

In casu autem quo ob absentiam diurnam alterius coniugum, alter præ tendit transire ad secunda vota, nō suffiunt semiplenæ probationes de morte absentis: nec sufficit expectare quinque-

Na num.

16.

niū, sed debet apparere certitudo mortis, saltem per violētas præsumptiones, vt quod in acie fuerit, in qua plurimi cęsi sunt, quod nauis in qua nauigabat naufragiū passa sit, & omnes cum ea perierint. *Arm. v. Matrimonium. num. 45. vel Iudicis arbitrio in talibus standum, qui ex coniecturis adductis moderari debet arbitrium suum. Nau. & per eum allegati cons. 1. de secun. nup. in antiq.*

48. Itē si sit probandus iustus metus, metus iustus ex parte mulieris probari debet, qui possit cadere in constantem mulierem, & metus iustus viri qui cadit in constantem virum. *Abb. in cap. cum locum. num. 6. de sponsal. nec præsumendus metus iustus in præsentia patris, matris, vel consanguineorum. Villal. comm. opin. sub lit. M. num. 56. Menoch. cons. 69. vol. 2. nisi adsint in contrarium probationum adminicula, quæ Iudex debet arbitrari. Rot. decis. 541. p. 2. diuers. Nau. cons. 36. num. 8. de sponsal. in antiq. vbi etiam solam nimiam reuerentiam parentum quandoque sufficere ad annullandum Matrimonium.*

49. Ad extremum in Matrimonialibus vbi fuerit semiplenè probatum, iuramentum suppletorium deferri potest, consideratis personarum & causæ circumstantijs, præsertim si sit iurandum pro validitate Matrimonij. *Abb. in cap. mulieri. num. 6. & 7. de iureiuran. Host. ab. iuramentum tamen hoc non obest, si postmodum veritas in contrarium fuerit probata, cum nec res iudicata obstat in Matrimonialibus, & in alijs in quibus vertitur periculum animæ, dummodo postea appareat contrarium, vt late Abb. lo. cit. Vel potius probationes circa Matrimonialia inferendæ, prudentis Iudicis arbitrio sunt regulandæ, cum alioquin certa regula de illis dari non possit. cap. cum dilectus. iun. gl. de his que*

vi metus. Abb. lo. sup. cit. & in c. in præsentia. de sponsal. Couar. in 4. decret. p. 2. c. 8. q. 12. num. 22.

30. Subintrat in Matrimonialibus quaestio dotis, & ratione connexitatis cum Matrimonio, potest quoque iudicari a pud Iudicem Ecclesiasticum. *cap. si annum. de iudic. in 6. gl. in cap. licet. v. vacante. de fo. compet. & cap. de prudentia. de donat. inter vir. & vx. Dec. in cap. quanta. num. 13. de iudic. etiam de dote nudo facto promissa. Innoc. in cap. de prudentia. cit. Bald. in l. 1. C. de promiss. dot. & de arris datis. Fed. de Sen. cōf. 169. etiam post separatum Matrimonium. cap. significauit. de iudic. Abb. ib. imò de poena de contrahendo Matrimonio, interposita cognoscere potest, & de alijs consequentijs Matrimonij. Abb. in cap. gemina. num. 5. & in cap. proposuit. de cōiug. ser. & in cap. per vestra. de donat. inter vir.*

31. De dote itaque notandum, quod mulier adulterans amittit dotem, Iudicis tamē præcedente sententia super adulterio, nam absque Iudicis autoritate ne quidem dimittere eam potest maritus ob adulterium. *cap. porro. de diuort. nisi fuerit adulterium notoriū, vel ipsa met adultera à viro discesserit. cap. plerumq. de donat. inter vir. cit. Si autem separaretur Matrimonium ex culpa viri, deberet vxori restitui dos vna cum donatione propter nuptias. Abb. in cap. fin. de adult.*

Si etiam postmodum inter se reconciliantur, tunc dotem mulier recuperat ipso facto. *cit. cap. plerumq. iun. gl. similiter recuperat dotem, si iudex ex officio suo redintegret Matrimonium ob fornicationem viri commissam post diuortium, quod facere potest vt occurratur scandalo fornicationis, & in praxi seruari testatur Genuen. lo. sup. cit. n. 14.*

Pro dote non soluta licite petitur interesse donec solvatur. *c. salubriter de v. sur. etiam post mortem viri donec dos restituatur. Couar. var. res. lib. 3. cap. 5. num. 3.* Et actio dotis maxime est privilegiata, æquiparatur enim fisco. *Dec. in c. 1. num. 75. de probat. & præfertur omnibus creditoribus, licet confessio dotis fuerit posterior omnibus creditoribus. Couar. lo. cit. lib. 1. cap. 7.* Et potest probari per coniecturas, præsumptiones, indicia. *Rot. decis. 588. p. 1. & decis. 316. p. 2. divers.*

Tenetur autem pater dotare filiam. *l. qui liberos. ff. de rit. nupt. vel mater, si pater sit inops. Bart. Buld. in Auth. res qua. C. comm. de leg. nã uterque obligatur in solidum: unde non procedit in illis excusio, præfertim si esset notoria egestas Patris. Aem. Verat. decis. 275. alias 2. de oblig. p. 2.* Et debet dari dos congrua ducta proportionem Matrimonij, cum succedat loco Matrimonij & legitimæ. *l. denique. S. ergo etiam. ff. de minoribus. l. Pomponius. ff. fam. erasc. Bald. lo. sup. cit. Rot. decis. 538. p. 1. divers.* & potest corquari filia coheredibus, si appareret enormiter læta; considerata tamen læsione ex facultatibus patris tempore constitutz dotis, non autem postmodum auctis, tum & attentis dispositionibus statutarijs. *Bald. lo. cit. Ruin. in l. Gallus. §. & quid sit tantum. num. 134. ff. de lib. & posth. Dec. conf. 181. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 149. Cas. de Grass. decis. 162.* Aequiparatur dos & alimentis. *Rot. decis. 538. cit.* unde etiam filia spurizæ debet dari, cum etiam spurij debeantur alimenta. *c. cum haberet. in fin. de eo qui dux. in Matr. quam poll. Abb. ib. Dec. in c. Ecclesia. S. M. n. 112. de Cõst. Petr. à Duen. Reg. 366. limit. 5.* Debet dari dos, etiam si filia nubat contra voluntatem patris; præfertim si nubat an-

no ætatis 25. *gl. in cap. fin. 32. q. 1. & alia gl. in c. fin. 36. q. 1. Auth. sed si post viginti quinque. C. de inoff. test. sed maxime hoc procedit de iure Canonico, quod semper prospicit libertati audentium. Abb. in c. cum causa. de raptor. Vbi tamen esset rapta, & contra voluntatem patris, & contra propriam voluntatem, raptor illam teneretur dotare decenter iudicis arbitrio. Conc. Trid. sess. 24. cap. 6. de ref. Matr. idq; etiam si eam non ducat postmodum in uxorem. c. 1. de adult. quinimò cum tanto maiorem dotem assignare tenetur. Abb. in cit. c. 1. num. 4.*

Ultra autem hanc poenam raptor ipso facto incurrit excommunicationem, tñ & cõsiliium, auxilium, fauorem illi præbentes. *cap. eos qui. cap. de puella. 36. q. 2. Conc. Trid. lo. cit. & inter raptorem & raptam nullum est Matrimonium, nisi rapta è potestate raptoris liberata, & in loco tuto separata de nouo præstiterit cõsensum. Conc. lo. cit. & hoc propter libertatem consensus, qui requiritur in Matrimonio, & non præsumitur in domo raptoris. Nau. conf. 3. num. 8. de consang. & aff. in antiq. vbi ex eadem ratione deducit inter raptorem & raptam, dum est in raptoris potestate, non posse contrahi sponsalia de futuro, quia nimirum etiam in istis requiritur plenalibertas consensus.*

Dicitur autem raptus, cum puella de cuius nuptijs nihil ante actũ fuerat, abducitur de domo parentum, siue vi abducta fuerit, siue persuasa muneribus, datis vel promissis; semper enim præsumitur consensus mulieris extortus, cum nullus tractatus præcessit de Matrimonio. *Abb. in c. cõ causa. de raptor. & dicitur rapta etiam volens, dummodo sit rapta inuitis parentibus vel tutoribus. l. 1. C. de rapt. virg. Abb. lo. cit. Nau. conf. 1. de rapt.*